Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

runt Iesum nazarenum. Respondit ihs.
Dixi uobis; quia ego sum. Si ergo me queritis;
sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem
dixerat quia quos dedisti mihi non perdidi ex ip
sis quemquam. Symon ergo petrus habens gla
dium eduxit eum: et percussit pontificis seruu
et abscidit eius auriculam dextram. Erat aut
nomen seruo malchus. Dixit ergo ihs petro.
Mitte gladium in uaginam. Calicem que
dedit mihi pater non bibam illum. Cohors
ergo et tribunus et ministri iudeorum comphe
derunt ihm: et ligauerunt eum: et adduxerunt
eum ad annam primu. Erat autem socer cay
phe; qui erat pontifex anni illius. Erat aute
cayphas qui consilium dederat iudeis: quia ex
pedit vnum hominem mori p populo. Sequeba
tur autem ihm symon petrus; et alius discipu
lus. Discipulus autem ille erat notus ponti
fici: et introiuit cum ihu in atrium pontifi
cis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Ex
iuit ergo discipulus alius qui erat notus ponti
fici: et dixit hostiarie et introduxit petrum.
Dixit ergo petro ancilla hostiaria. Nunquid
et tu ex discipulis es hominis istius. Dicit ille.
Non sum. Stabant autem seruu et ministri
ad prunas quia frigus erat et calefaciebat se.